Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput III.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

igitur? eratimne aggregari inimicis crucis Ad Philip: c. 3.
Christi: quorum finis interitus, et gloria in con
fusione ipsorum. Quo ore notorum oculos
quibus auribus sodalium feram voces; At
sermonibus hominum ab honesta beataque vita
revocari, summa non modo levitatis est
sed etiam dementiae. Quid inopinatus hic
nuncius quam acerbum cognatis et parentibus
inuret dolorem? Parentumne aut ullius
mortalium amor me plus quam mea salus,
plus quam Dei Christique ipsius caritas tangat?
Talibus curis in diversa trahentibus, an
ceps ac dubius nutabat animus. Diebus ali
quot inter has cogitationes absumtis,
ad ultimum potentior visa est, urgentique
Deo manus dedit. Extemplo in contrarium
mutus aspicere coepit in auctorem fidei Ad Heb: cap. 12
et consummatorem IESVM, qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucem confusione
contemta. Ac primum quidem, quo admini
culo creatus erat, eodem iunius Ignatio steril.
Inde quasi ab secunda origine laetius ac
felicius renatus, egregios Christianae virtu
tis dedit fructus, Ignatii iam similior, quam
sui.

Fiur fortior in domando
corpore ac studio perfectionis
Cap. III.

Nam brevi ardentius sui abjectionem
et crucem quaesivit, quam dignitatem an
tea & honorem quaesierat. Id adeo pro
prium est ferme praestantium ingeniorum, ut
quamcumque in partem se dederint, eo toto
animi ferantur impetu. Francisco itaque Sancti
tatis palmam petenti, prima (: ut assolet :)

ordu

certa est pugna cum corpore. Cum caro concu- *Mortificationes*
pisceret adversus spiritum, edomandum
sibi esse corpus statuit, ne illius retractatio
pervicaciaque Christianae perfectionis cur-
sum moraretur. Quocirca usitatas inediae,
verberum, ciliciorumque asperitates, velut
cupiditatum moderatrices, delictorumque vin-
dices, non minus saepe quam acriter tam
florente aetate adhibuit, tam in omni
vita. Et fortitudinis eius indoles inter pri-
mum novae militiae rudimenta haud levi-
bus se prodidit argumentis. In campo sub-
urbano adolescens, inter aequales grega-
lesque suos, saltu (: unus hic ludus concessus *Agilitas corporis*
fuerat :) libenter se impigreque exercens, ali-
quando corporis agilitate, qua reliquos lon-
ge antecibat, nimium sibi placuerat. Igitur
ubi resipuit, levem noxam, minimeque diu-
turnam, vindicavit gravissimo multorum
etiam supplicio. Dies quippe aliquot con- *Membra funiculo perstringit*
tinuos exegit, nexis membris funiculo
non sine acri dolore constrictis. Eodemque
tempore animo quoque elationem expian-
dam ratus, assidua rerum piarum meditatione
exercuit mentem, ut poenae magnitudo
in posterum & animum cohiberet et corpus.
Nec minus ad mentes excitandas, quam
ad culpam eluendas, inveniebat dominus mo-
tur. Inter ipsas humanarum divinarumque
rerum pias commentationes (: quas exercitia
spiritualia vocamus :) cum nimis effrenatam
ac reluctantem corporis vim fame debilitare
atque comprimere conaretur, permirandi spe-
cie pro

dio, provectus est longius, quatuor dies totos cibo abstinuit, audaci quidem incepto, verum non improbo: quippe quod tyrocinii ipsius, aetatisque fervor excuset. Nulla utique res est nec difficilior, nec efficacior ad virtutem, quam sui ipsius victoria: ut autem in mediis ardoribus tyrocinii modum nunquam excedant tyrones, optandum magis quam sperandum est. Quocirca Xaverius secum strenue certans, ac semet vincens sedulo, in dies et fortior seipso fiebat et melior. Praecipue adjumento erat crebra ac pia Christi tum vitae mortisque, tum vero eximiae illius caritatis meditatio, maximum Divini amoris incitamentum, Christianaeque virtutis. Duo plus commentatio addebat Divinae caritati vulneri ea commentatio addebat Divinae caritati, hoc magis in Francisci pectore exardescebat humanae salutis ac martyrii cupido. Eo demum res evasit, ut Dei filio, qui semel se pro eius salute devovisset, invicem totum se pro ipsius gloria & salute hominum in perpetuum devoverit. Ergo ut nulla cum re a caritate Christi separaretur, Ignatii hortatu una cum sociis, qui tum erant numero novem, simul statuit certis se Deo votis obstringere, quibus pateretur martyrii decus. Anno igitur huius saeculi XXXIIII. huic negotio dicunt ipsum diem Assumptioni sacrum Beatae Mariae, eam scilicet praevenissemus suorum, & testem et praesidem habituri. Is dies ubi venit, in aedes suburbanam, cui Montis Martyrum nomen est; ut loci ipse ardorem martyrii cupiditatem inflammaret, ardentibus diuturna meditatione animus coeunt. Ibi

Quatriduum inedia traducit.

Sui victoria

Christi vitae mortisque meditatio

Martyrii cupiditas

sub sacrificium

sub sacrificium Missae, deindeque oculis gaudio alacres, votis nuncupatis, Deo dicarunt se se. Votorum summa fuit, uti exacto Theologiae curriculo, rerum omnium possessione exuti, in paupertate perpetua divinae gloriae inservirent, saluti[que] animorum; ut ad certam diem Hierosolymam navigarent, operam Turcarum conversioni acturi, aperto capitis periculo daturi. Si quis forte casus id consilium impedisset, anno circumacto Romam contenderent, suamque operam Pontifici Max. ad animorum salutem atque arbitrium, sine ulla temporum locorumve exceptione, nulla facta viatici aut subsidii mentione deferrent. Votorum nuncupationem nova sed piis eadem vota saepius instaurandi mos excepit. Ut crebra veterum votorum instauratio innovaret eorundem memoriam religionemque; non eo solum anno hoc festo die vota, sed eadem, quamdiu una Lutetiae studiorum causa fuerunt, quotannis eodem die, loco, caerimonia, pari cum alacritate fructuque renovarunt. Eadem Xaverius hoc audiens id per sanctissimam illam vitam usurpabat, quo certius experiebatur frequenti votorum renovatione ingentis quasi aquilae juventutem renovari. Atque hoc quidem tantae perfectae virtutis incepto nihil interim studio eruditionis offecit. Sed invidit tempus, cum Franciscus haud dubie ostenderet, sibi Christi militiam, cujus gratia in rerum scientia quaerebat, literarum studiis esse potiorem.

Castis se Deo obstringit.

Annua instauratio votorum.

Frequens votorum renovatio

Venetias aut